

Band IV., Nr. 1030, Seite 81-82

*Prior Martin und Subprior Konrad vom Predigerkloster zu Konstanz
vergleichen den Abt und Konvent von Kreuzlingen einerseits und den Edlen
Konrad von Schmalegg andererseits wegen des von dem letzteren an
Kreuzlingen zu leistenden Schadensersatzes.*

Konstanz, 1244. September 13.

Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis frater Martinus dictus, prior fratrum ordinis Predicatorum in Constantia, et frater Cŕnradus, supprior eiusdem loci, noticiam geste rei. Noverint universi, quod nos super discordia, que vertebatur inter dominum abbatem de Crvzelingin et suum conventum ex una parte et C. nobilem de Smalnegge ex altera talem fecimus compositionem domino concedente, ut predictus miles domino abbati et conventui suo pro dampno illato ecclesie sue XVII^{tem} marcas argenti puri in proxima Epiphania domini tradat fideliter et sincere. Hanc satisfactionem acceptam habuit dominus abbas pro se sueque ecclesie servis, excepto quodam colono suo de Bizzinhovin dicto Schone, qui non est servus ecclesie sue, aliisque ad ecclesiam suam non pertinentibus, qui forte in eisdem maleficiis sunt dampnificati, quos dominus abbas predicte compositioni et paci inter se et predictum militem interserere non curavit, nec pro lesione illorum aliquam emendam sibi sueque ecclesie fieri postulavit. Fideiussores autem quatuor super solutione argenti promissi in tempore statuto sepenominato abbati tradidit sub hac forma: primo fide data, secundo prestito iuramento promiserunt, se predictam pecuniam in Epiphania domini presentis anni fideliter soluturos. Nomina autem ipsorum sunt hec: Cŕnradus et Ortolfus milites ac fratres de Astvn¹ et de Hasenwiler et . . miles dictus Samblier et H. miles de Bŕnthe² dictus Tvmbe. Ut autem hec compositio domino abbati suisque confratribus esset acceptior, predictus miles remisit omnem rancorem pro se suisque amicis et hominibus promisitque, se inperpetuum predicto cenobio fore favorabilem et ei, cum necesse fuerit, serviturum. Hec vero compositio ac confirmatio ut firma et inconvulsa permaneat, presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri appensione comunivimus.

 Acta sunt hec in curia domini Ha[i]nrici maioris ecclesie canonici, anno domini M^o. CC^o. XL^o. IIII^o., idus Septembris. Testes autem, qui hec viderunt et audiverunt, sunt hii: Hainricus maioris ecclesie canonicus, R. prior, Volcwinius et Riwinus, sacerdotes de Crvcelingin, Hainricus minister Constantiensis,

¹Unermittelt.

²Schwerlich Baidt, RV.

II

Rvdolfus Iohilarius, Vlricus de Vberlingin dictus de Ahvsin et Albertus de Vberlingin dictus in Fine et alii quam plures. Ego vero frater C. supprior, quia proprium sigillum non habeo, sigillo prioris mei sum contentus.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An einem Pergamentbändchen hängt ein in ein Säckchen eingenähtes Siegel an.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Thurgau

Signatur/Titel des Originals:

7'33 (Kreuzlingen, Schwäbisches Archiv) (Lade H 27, Nr. 1)

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Konstanz

Aussteller:

Martin; Prior des Konstanzer Predigerklosters Konrad; Subprior des Konstanzer Predigerklosters

Ortsindex:

Ahausen Wohnplatz (17794)
 Ahausen, Bermatingen, FN
 Baidt Wohnplatz (19193)
 Baidt, RV
 Bitzenhofen Wohnplatz (18149)
 Bitzenhofen, Oberteuringen, FN
 Hasenweiler : Horgenzell RV
 Hasenweiler Wohnplatz (20938)
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Kreuzlingen, Kt. Thurgau, Schweiz
 Schmalegg : Ravensburg RV
 Schmalegg Wohnplatz (20127)
 Überlingen Wohnplatz (18447)
 Überlingen, FN